Carolus gratia dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum. Quicquid locis sanctorum venerabilium ad peticionem sacerdotum seu
servorum dei concedimus vel confirmamus, hoc nobis ad remedium anime nostre vel stabilitatem regni nostri in dei nomine pertinere confidimus. Igitur
notum sit magnitudini omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum, qualiter ad monasterium Herolfesfeld super ripam Fulde flumi-
nis in honore beatorum apostolorum Symonis et Thathei constructum, rogatu Lulli Mogontiacensis archiepiscopi instructoris eiusdem loci donamus
nos ecclesiam in Grabonouua a beodem Lullo episcopo constructam cum omni integritate, id est decimatione, terris, domibus, edificiis, mancipiis, sil-
vis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, mol[...]ndinis, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis vel inquirendis,
seu cum omnibus que dici vel nominari possunt utilitatibus, a loco qui dicitur Ruuerzeluurde usque Dackenbrunnon et inde ad Megelheresbuson.
Et sic per Nisdenbahc usque Humbenrod et sic ad Bubechenenuuirod usque ad flumen Fulde, indeque sursum per eiusdem fluminis alveum usque ad Steinin-
cruce et inde in Breitenbahc et sic sursum usque in Uuatdenbahc, sicque deorsum usque [illegible] et in Maffenbrunnon, deinde in Ey-
repelesfort et sic super Rodenhard et inde deorsum per silvaticam viam usque Ruuerzeluurde. Propterea hanc preceptionem auctori-
tatis nostre conscribi iussimus, ut nullus de iudiciaria potestate Bunoni abbati eiusdem loci vel successoribus eius
calumniam vel contrarietatem quoque tempore facere presumat. Ut haec auctoritas firmior habeatur, sigillo nostro inpressio-
ne confirmari iussimus. Signum KRLS Caroli gloriosissimi regis. Uuigbaldus advicem Radonis recognovi.



Data pridie kal. septemb. indic. VII anno XVIII et XIII regni nostri. Actum Uuormacie palatio nostro in dei nomine feliciter.

Kopp del.